

Daniel Lipstorp

**Viro ... Dn. Johanni Kleinio, I.U.D. Consultiss: Et Consistorii Ducalis Advocato
Hactenus ... Nunc Eiusd. Adessori ... Publicam Pandectarum Professionem
Capessenti : Patrono, Hospiti, Ac Cognato Suo Maxime Suspiciendo : [Scripti
Rostochii, A. D. X. Sept. A. O. R. M.DC.LXXXI.]**

Rostochii: Wepplingius, [1691]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771254687>

Druck Freier  Zugang



Jn J. Klein.

R. 1691.

VIRO
NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ATQVE
EXCELLENTISSIMO

DN. JOHANNI
KLEINIO,

J. U. D. CONSULTISS: ET CONSI-
STORII DUCALIS ADVOCATO HACTENUS CE-
LEBERRIMO, NUNC EJUSD. ADSESSORI CLE-
MENTISSIME VOCATO, PUBLICAMPAN-
DECTARUM PROFESSIONEM

CAPESENTI
PATRONO, HOSPITI, AC COGN
MAXIME SUSPICIEND

S. P. D.

M. DANIEL LIPSTOR
Lubecensis,



ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGII, Univerſ. Tipogr.



Tſi de Fortuna Tua, quæ tempeſtively TIBI ſemper præſens adfuit, haud vulgare ſapius Gaudium concepi, VIR EXCELLENTISSIME, COGNATE OPTIME; hicc tamen dies facit, quo minus, quæ hæcenus tacito Mecum pectore clauſeram, ulterius premere liceat, quin jam tandem potius majoris Lætitiæ ergo in publica erumpam vota, & quod Mea in TE Pietas requirit, præ officio exſequar. Certe erubescendum Mihi foret, ſi inter tot Gratulantium Amicorum applauſus, Ego, Dignitate licet poſterior, Animo ſaltem ultimus comparem: Et quamvis Mea Mihi id Muſa neget, quod Aliis longe uberius eſt conceſſum, malo tamen hæc in parte tenuis eſſe, quam ingratus videri, aut officii Mei penitus obliſci. Magna fateor, Tua ſemper Virtus exſiſtit, quam ab ineunte jam Ætate omnes ſunt admirati, quotquot TE cognorunt; Incredibleſ Discendi ardor, & ad Summa quævis Virum Eruditum exornantia aſpirandi Animus. Hinc factum, ut quod dudum, quotquot virtutibus illis Tuis optime cupiebant, augurati ſunt, id Re ipſa & vere quidem hodierno TIBI die exſententia evenerit. Memini PARENTEM Meum p. m. dicere, Induſtriam vel Tuam Ipſius ſuperare Exſpectationem, fore autem certo, ut ea vel media ætate conſequerere, quæ vix Ipſe crederes, aut quibus obtinendis alii etiam Clari Nominis viri per omnem fere vitam deſudarunt

fudarunt, atque ex Te alios Exemplum capturos, si-
bi quod in posterum ex usu esse posset. Qua in Re
certe non vanus Augur exstitit. Hoc enim tota jam
agnoscit Patria civesque Tui lætissimis intuentur ocu-
lis, gaudet Academia, Amici applaudunt. Sic Labore
Famam, Studiis Honorem TIBI comparasti. Depræ-
dicarunt Dotes Tuas. Auditores, in Exteris etiam
Regionibus Nominis Eruditionisq; Tuæ Interpretes,
SERENISSIMO præterea PRINCIPI atque AULÆ
Clarus innotuisti, Cujus ingentem Clementiam Favo-
remq; forte jam dudum fuisses expertus, si præsto fu-
isset Occasio, qua ad ampliorem Gradum promoveri po-
tuisses. Equidem Honores virtuti Tuæ debitos DO-
CTORISq; Insignia ante Annos aliquot Amplissimus
Jctorum Ordo decrevit: Sed pergendum ulterius, & ad
id quod congenitum quasi TIBI Symbolum PLUS UL-
TRA ipso opere erat contendendum. Neq; vero Spes
illa optima TE frustrata est, cum singulis sane Annis &
Fortunis & Honoribus Tuis non contemnenda accessio
fit facta. Non enumerabo quot quantasve Caussas
cum apud Ampliss. Utriusq; hujus Reip. Senatum, tum
apud Venerandos Judicii Summorum PP, Ecclesiastici
Præsules maxima cum Laude Clientumq; Tuorum Emo-
lumento egeris. Hoc tamen nunc & vere quidem pos-
sum dicere, adventasse diem, quo Honores omnes &
Summa SERENISS. PRINCIPIS NOSTRI Beneficia
clementissime in TE sunt collata. Dignum quippe TE
Judicavit AUGUSTISSIMUS PATRIÆ PATER, Cui
& Munia Academica & Jura Ecclesiastica recte commit-
teret. Quo TE præterea Affectu complexi fuerint, qui
CEL-


CELSISS, NOSTRO MUNIFICENTISSIMOq; ACA-
DEMIAE PATRONO abintimis sunt Consiliis, norunt
 illi, qui **TE** norunt. Quare dubitandum est minime,
 quin cuncta hæc Divinitus **TIBI** fuerint destinata, & pro-
 ut mirifica **Tua** dudum promerita est virtus, sic justa
 quoq; Præmia tributa esse. Gaudeo igitur **Meo**, Gaudeo
Tuo Familiæq; **Tuæ**, Gaudeo **ROSETINOSTRIBono**
 immortaliter, **COGNATE HONORATISS.** de tanto
 Musis Varniacis Præsidio constituto. **TE** Doçente vige-
 ant Leges, **TE** Jus dicente Sancta servetur Justitia, **TE**
 cum ceteris Clavo Reip. Nostræ admoto firma stet atq;
 inconcussa. Sic quam diutissime Vivas felicissimus
 μέν ἀριστοῦν ἐν ἰατρικῇ ἐν ἀλλοιῖ!

scripsit ROSTOCHII, A. D. X. SEPT, A. O. R. M. DC. LXXXVI.



GUSTAV KOCH
Buchbinderei
ROSTOCK.

fudarunt, atque ex Te alios Exemplum
 bi quod in posterum ex usu esse posse
 certe non vanus Augur existit. Hoc
 agnoscit Patria civesque Tui lætissimis
 lis, gaudet Academia, Amici applaudunt
 Famam, Studiosi Honorem TIBI compa-
 dicarunt Dotes Tuas. Auditores, in
 Regionibus Nominis Eruditionisq; Tu-
 SERENISSIMO præterea PRINCIPI
 Clarus innotuisti, Cujus ingentem Cle-
 remq; forte jam dudum fuisses expertus
 isset Occasio, qua ad ampliorem Gradum
 tuisses. Equidem Honores virtuti Tu-
 CTORISq; Insignia ante Annos aliquo-
 Jctorum Ordo decrevit: Sed pergendum
 id quod congenitum quasi TIBI Symboli
 TRA ipso opere erat contendendum.
 illa optima TE frustrata est, cum singuli
 Fortunis & Honoribus Tuis non contem-
 sit facta. Non enumerabo quot qua-
 cum apud Ampliss. Utriusq; hujus Reip.
 apud Venerandos Judicii Summorum
 Præfules maxima cum Laude Clientumq;
 lumento egeris. Hoc tamen nunc & ve-
 sum dicere, adventasse diem, quo Ho-
 Summa SERENISS. PRINCIPI NO-
 clementissime in TE sunt collata. Digni-
 Judicavit AUGUSTISSIMUS PATRIÆ
 & Munia Academica & Jura Ecclesiastica
 teret. Quo TE præterea Affectu comp-



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart T1263 Serial No. 032